

Dñica decima p^r trinita.

residuam partem. **Sed** Petrus mandu. i. scho-
lastica historia dicit. q^d fideles qui erant i hie-
rusalem seu in iudea aduenientibus romanis
monitione angeli in quendam ciuitatem trans-
iordanem se transtulerunt sicq^{ue} euaserunt. **Quo-**
ti etiam iudei tempore persecutionis in spelū-
cis et in siluis latuerunt. **Qui** recedentib^{us} ro-
manis redierunt et loca sancta venerari cepe-
runt. et ciuitatem reedificare volunt. **Sed** au-
dientes romani miserunt **Heliam**. **Adrianu**
qui ciuitatem funditus euerit ita vt lapis su-
per lapidem non remansit vt verificaretur il-
lud christi quod dixit. **Et** non relinquent in te
lapidem super lapidem. **Iuxta** tamen locu^m il-
lum quendam ciuitatūculam eis edificauit. et
suo nomine **Heliam** vocauit. et hoc nomē post
ea diu obseruabat. **Sed** diceret quis ex quo iu-
dei propter passionem christi tantum persecu-
ti sunt q^d quasi omnes sunt deleti. quare nunc
eos ecclesia sustinet? **Respondetur** q^d propter
quinq^{ue} causas quarum quattuor tanguntur in
his met^r. **Lex**. patres. extrema fides. memo-
ratio christi. **Quattuor** ex causis iudeis parci-
tur q^{ue} hec sunt. **Prima** causa. quia sūt fidei no-
stre confirmatio. quia habent. se iuxta libros
veteris testamenti ex quibus testimoniū pro-
ferimus de natiuitate christi et eius passione.
De primo **Esaię**. vij. **Ecce** virgo concipiet et
pariet filiū. **De secundo** **Hieremie**. xj. **Quasi**
agnus mansuetus qui portatur ad victimam
Et **Esaię**. liij. **Vere** languores nostros ipse por-
tauit et nos reputauimus eum quasi leprosum
et percussu^m a deo et humiliatu^m. ipse autem
vulneratus est propter iniquitates nostras et
attritus est propter scelera nostra. et hec est
causa. cum dicitur. **Lex**. **Secunda** est propter
bonorem patriarcharum et prophetarum ex
quibus populus ille processit. **Item** hec tangitur
ibi. **Patres**. **Tertia** causa est vt sit nobis me-
moriale dominice passionis. quotiens enim iu-
deos vidimus totiens passionis christi memo-
res erimus. **Ideo** dicit ps. **Ne** occides eos ne
quando obliuiscuntur populi mei. **Et** tangitur
ibi cum dicitur. **Memoratio** christi. **Quarta**.
quia omnes iudei in fine mundi conuertentur
ad christu^m. **Iuxta** illud ps. **Conuertentur** ad
vesperam. et sic fiet vnum ouile et vnus pastoz
Iohannis. x. **Ideo** dixit dominus **Hieremie**
xxij. **In** diebus illis saluabitur iuda. et hec tā-
gitur ibi. **Extrema** fides. **Quinta** propter re-
uerentiam christi et apostolorum qui ex illorū
patribus fm carnem processerunt.

De eadem dominica.
Sermo secundus.

Adens iesus
ciuitatem fleuit super illam etc.
vt supra scribitur. **Commenta-**
tor de somno et vigilia dicit. na-
turaliter enim citius obdormimus in calore
q^{uam} in frigore existentes. **Quis** ratio est. quia
calor dilatat. frigus autem constringit. **Sic**
q^{uod} calor dilatat duas venas que procedunt de
corde ad caput. vt sic per istas venas sumi de
cibo stomachi liberius ad caput ascendant a
frigore repercutiuntur et ingrossantur. illi su-
mi sicq^{ue} ingrossati redeunt iterato deorsum et
obstruunt vias et meatus per quos habent di-
rigi spiritus et color ad organa sensuum exte-
riorum spirituum. in organo fit impotentia sen-
tiendi et causa somni. **Moraliter** per calorem
in presenti potest intelligi prosperitas aut mū-
dana felicitas. sed per frigus aduersitas. **Sic**
ut ergo in calore homines citius obdormi-
unt qui in frigore excitantur. **Sic** in prosperi-
tate et mundana felicitate homines obdormi-
unt in peccatis. qui euigilant econuerso tem-
pore aduersitatis. et diuine correctionis. **Sic**
ut de hoc dicit deuotus **Amandus** in hozal.
Sapient. libro primo cap. xij. **Q^{uod}** innumeri
somno peccatorum profundissimo obdormi-
rent et morte spiritali perirēt quos infelix ob-
sorbuert iniquitas qui adueniente gratia diui-
ne correctionis velut de somno graui ac mor-
tis imperio suscitati. vel excitati vitam in me-
lius cōmutauerunt et opera tenebrarum abij-
cientes arma lucis sunt induti. et hoc figura-
tum est de **Manasse** rege hierusalem qui adeo
in peccatis dormiuit tempore mundane felici-
tatis vt multa mala perpetraret. **Nam** idola
adorauit. plateas hierusalem sanguine prophe-
tarum purpurauit. **Regum**. xxi. **Sed** cum
esset in vinculis regis babilonie a somno pec-
cati euigilauit et penituit. cum dixit. **Peccaui**
super numerum arenę maris et non sum dign^{us}
altitudinem celi videre. vt patet. **ij. Paralip.**
xxxij. **Sed** iudei obbtinati i prosperitate qui
dam in peccatis obdormierunt. **Sed** in aduer-
sitate vigilare noluerunt. **Nam** in his quadra-
ginta annis antequā romani venerunt multa
mira et aduersa visa sunt. **Nam** vt dicit **Iose-**
phus. q^{uod} stella prefulgida gladio per omnia si-
milis visa est per totum annum ardere flāmis
super ciuitatem. **In** quodam etiā festo pen-
tecosten cum sacerdotes templum ad ministe-
ria ingressi sunt. strepitus et voces audierunt

dicentiu. **T**ranseamus ab his sedibus .nec tñ
his prodigijs penituerunt et dominus hoc p-
uidens et mala que eis superuenirent sciens fle-
uit super eos sicut dicunt verba euangelij alle-
gata. **V**idens iesus ciuitatem et c. tria tangun-
tur in hoc euangelio quantum ad sensum mo-
ralem . primo diuina pietas ibi . videns iesus
ciuitatem . secundo humana cecitas ibi . si cog-
nouisses . tertio diabolica crudelitas ibi . quia
venit in . **C**irca primum notandum . **H**olkot su-
per li . **S**apientie . lec . lxxviii . dicit . **C**hristus qua-
ter fleuisse legitur videlicet in infantia . in resu-
scitatione **L**azari . super ciuitatem hierusalem
et in cruce . de quibus latius dictum est supra .
sermone precedenti . **I**n infantia fleuit vt se ve-
rum hominem ostenderet . quia omnes pueri
cum nascuntur flent et incipiunt pma vocem
a fletu . **S**icut dicit **I**nnocentius de vi . huma-
cōditionis . c . vi . **E**xclamant e vel a quotquot
nascuntur ab eua . **S**i sunt masculi clamant a .
et conquerūt de primo patre **A**daz . **S**i sunt
femine clamant e . et conquerūt de pma ma-
tre **E**ua . **Q**uia propter peccatum **E**ue . cu3 pe-
na et dolore sunt in mundo victuri . **S**ecundo
fleuit super **L**azarum vt exhiberet ei officium
humilitatis et daret signum intime charitatis .
vt cōpateretur qui reuocabatur ad statū mū-
dane calamitatis . **T**ertio fleuit super ciuitatē
vt doctrinā quam docebat p peccatoribus ex-
orzare confirmaret . et vt se fontem pietatis de-
monstraret . **S**ed nota q dominus nō fleuit su-
per lapides sed super peccatores . **I**deo mora-
liter per ciuitatem designat qlibet peccatoz .
quia sicut dicitur quasi ciuium vnitas . et i qua-
cunqz ciuitate est hominum discordia . habita-
tio eorum non potest dici ciuitas . **S**ic et quili-
bet peccatoz dicitur ciuitas cuius ciues prin-
cipaliter sunt quinqz potentie . que sunt concor-
des in mala . quas enumerat **Albertus** i quin-
to libro sue summe . que sunt potentie anime vi-
delicet sensus cōmunis . imaginatio formatiua
aut fantasia . estimatiua et memoratiua . **N**ā sen-
sus cōmunis indiget presentia . super qua ima-
ginatur et c . quousqz peccatum in consensu per-
petratur . **S**ed porte huius ciuitatis sunt quin-
qz sensus per quas inquā portas immittit pec-
catoz omne peccatum malum a quo tandē oc-
ciditur . vt cōgrue dicere possunt ipsi peccato-
res . illō **D**iere . ix . **I**ntrauit mors p fenestras
nostras . **R**ex vō ciuitatis est falsitas . quia iā
apud oēs peccatores regnat falsitas . ex quo
veritas corrumpit in plateis et equitas non pōt
ingredi **E**sa . lix . **N**ā si quis caute perspexerit
apud mercatores falsa pōdera . apud taberna-
tores falsas mensuras inuenire poterit . **C**ū ta-

men dicit sapiens . **A**bominatio est apud deū
pondus et pondus et statera dolosa non est bo-
na . **P**rouer . xxxij . **S**ed lex illi⁹ ciuitat⁹ ē cupi-
ditas . quia inter peccatores a maiore vsqz ad
minores omnes auaritie student . **D**ieremie . vi
Et ppter ea deo non adherent . quia dicit **G**re-
go . xlvij . di . c . **B**onorum . **B**onorum inquit au-
tori inherere aliter non valemus nisi cupidita-
tem a nobis que omnium malorum radix ē ab-
scindamus . **S**ed felicitas huius ciuitatis ē tē-
poralis vita . quia mallent peccatores nihil ali-
ud nisi vt possent hic diutius viuere et volupta-
tes suas explere . ppter ea et diuitias cōgregāt
vt se longius in presenti vita conseruet . **S**icut
ille qui dixit **Lu** . xij . **A**nima habes multa bo-
na reposita in annos plurimos . requiesce . co-
mede . et epulare . **S**ed ista falsitas eorum cito
est transitoria . q patet in illo diuīte prelibato
cui dictum est eadem nocte . **S**tulte hac nocte
rapiunt animā tuam a te . que aut paraſti cui⁹
erunt . **I**deo fleuit xps fm humanitatez . vide-
licet peccatozem et non fleuit protunc super ci-
uitatem . **S**ed etiam quarto fleuit in cruce . vi-
dens quia passio sua benedicta in multis pec-
catoribus esset deperdita . **S**ed dicit **H**ol . vbi
supra . q ideo i cruce fleuit q acerbitates mor-
tis sue exprimeret . vt nos sibi ad compatiē-
dum excitaret . et vt patrem ad miserandū hu-
mano generi prouocaret . et hoc ad pmiū . **Q**uā-
tum ad secundum tangitur in pñti euangelio
humana cecitas cu3 dicit **christus** . **S**i cogno-
uisses et tu scilicet feres . **N**am dominus in tm
i lachrymas prorupit q integra pferre nō po-
tuit verba . **U**bi nota q si peccatoz cognosce-
ret hec que sequūtur peccatum merito fleret .
Et primo propter peccati difformitatem . dif-
format enim peccatum hominis imaginem in
bestiam transformando . quia dicit **Aug** . xiiij
li . de trinitate . c . xiiij . **H**omo ad imaginēz trini-
tatis factus . **Q**uanto plus se auertit a deo per
peccatum tanto magis imago eius difformat^r
Unde **B**ol . super li . sapientie . lec . cxlj . super . c
xj . **U**bi ponit q deus omnipotens inmisit ho-
minibus insensatis et idolatris multitudinez
vrsorum . aut audaces leones . aut noui generis
ire plenas et ignotas bestias aut vaporem ig-
neum spirantes . aut odorem fumi proferentes
aut horrendas ab oculis scintillas emittētes
per istas crudeles bestias septem notantur ge-
nera peccatoz capitaliūz que quasi crudeles
bestie nos inuadunt et difformāt . per vrsū in-
tellige gulam . tum qz vrsus est animal vorax i
melle quo spēaliter delectatur . tum qz fetum p
ducit in formem et turpē . qz tradūt naturales
qz vrsus massaz carnis parit sine lineamētis et

Dñica decima p' trinita.

partibus organicis inordinate distinctis. Sic
gulosi et voracitati dediti in delectabilibus et
dulcibus spēaliter delectantur et quicquid ope-
ris faciunt est carneum et ad carnis cōmodū
ordinatur. Nā a talibus nihil patitur nisi carna-
litas. Contra quod ap'ls ad Roma. xiiij. Non
in comestationib' et ebrietatibus nō in cubilib'
et in pudicijs. q. d. nolite talia opera exerce-
re q'bus efficiamini brutis siles. sed induimini
dñm iesum xpm. Item dicit carnis curam ne fe-
ceritis in desiderijs. Per leonez intelligit sup-
bia. qz ceteris animalibus diligit dñari. unde
Ambro. in exame. d. opere sexti diei. Leo in q't
sua ferocitate superbus aliaruz ferarū. quia rex
cōsortia dedignatur. Sed neqz ei vlla fera so-
ciare se audeat cuz eis vocis tantus sit terroz
naturaliter. vt eo rugiente ceteri formidāt. hec
est regula supbi hoīs. qz alij sibi verētur acce-
dere et ipse dedignatur se alijs sociare. ppter
quod contra signanter dicit Eccl. iij. Noli esse si-
cut leo in domo tua. scilicet crudelis euertēs
domesticos tuos et opprimens subditos tibi.
Per bestia ira plenam que dicitur Bene signatur
ira. Que qdem abene fm Arif. de animalib'
c. ij. Est animal habens fel in aure. de hoc q're
S. fmone. liij. Ideo cuiuslibet tali dici potest
illud Actū. iij. In felle amaritudinis et obli-
gatione iniquitatis video te esse. et de illis ve-
rificatur illud Deut. xxij. Fel draconum vi-
num eorum. Et iterum. Vna eoz vna fellis. q.
d. totum est amara eis quod audiunt vl quod
ab eis puenit. Per bestiam igneam scilicet asi-
num designatur accidia. homo enī pigricie da-
tus non potest de facili cognoscere. qz vult vnus
non aliud. Iuxta illud Prover. xij. Vult pi-
ger et non vult. q. d. fm glo. ordinariam. vult
regnare cū domino et non vult pati pro eo. vel
vult obtinere bonum honestuz vtile. Sed non
vult laborando hoc requisitū suscipere. Ideo di-
cit de pigro venerabilis Boe. li. iij. de conso.
psa. iij. Segnis ac stupidus. i. stolidus et ineptus
torpet. asinum viuunt. Et stat li asinum aduerbi-
aliter. et est sensus. viuunt asinus vel viuunt ad mo-
dum asini. Et est pprietas asini q' in anteriori
pte aduersus scapulas portat crucē. et in par-
te illa est debilis et nihil potest portare. Sed in
parte posteriori satis ē fortis. Ideo ibi cōmu-
niter ponit onus suū. Isto modo inveniunt mul-
ti nimis accidiosus et asinini quo ad ea que sunt
crucis penitētie vel religionis. Sed ad opera
carnis et lasciuie seculari satis sunt fortes. Et
de talibus verificatur q' de diabolo dicit Job.
xli. Fius fortitudo est in lumbis eius et virtus
eius in vmbilico ventris eius. Et de tali pigro
datur regula Eccl. xxij. Albaria et virga et

onus asino. panis et disciplina et opus seruo.
Per bestiam autem spirātem vaporem igneuz
denotatur luxuria. et hec denotatur et figura-
tur per duos dracones qui in duobus mōtib'
armenie latitantes viā regiam intermediā tā-
ta pestilentia infecerūt q' nullus p eam transi-
re potuit quin subito moreretur. Sicut narrat
Arif. li. suo de pprietatibus elementoz. q' So-
crates erarium quadam altissima fabrica in lo-
cum multum distante a montib' et p speculum
factuz de calibe depēdit. in quo speculo vidit
manifeste illos duos dracones. vnum de vno
monte. et alium de alio vaporem emittere quo
aer infectus homines inter montes et p viam
regiam transeuntes occidit. Et illud accidit tē-
pore philippi patris alexandri magni. sicut
ibidem narrat. Isti duo dracones in montib'
habitanter et ignem vaporem spirantes du-
os status in ecclesia designāt. videlicet domi-
nos seculares et prelatos ecclesiasticos. Isti
hincinde fumus fetentē et publica voluptate et
carnis lasciuia sic diffundūt et simplices in via
inferiori ambulantes p fetorem exempli eozū
corrumpunt. laici adulteria publica sine cōsu-
sione cōmittunt. Clerici pcubinas sustentant
notorie. et per istū vaporem emissum hincinde
populus totus inficitur et allicitur ad pecca-
tum. Et de hoc intelligitur Iob. ij. Dabo. id
est. pmittā dari. pdigia. i. opa monstrosa pec-
cati. in celo. i. in statu clericali sanguinem scili-
cet homicidij ignem cōcupiscētie et vapozē lu-
xurie. et ista in ecclesia pmittua fuissent. pdigia
Sed nobis modo non apparent monstra pro-
pter psuetudinem. qz ita frequenter videm' ta-
lia perpetrare q' nec miremur videndo platur
scilicet lasciuū et pūgatuz adulterum. Sicut
nec Balaam expauit ad vocem asini quous mō-
struosum esset. quia in exercendo magicam ar-
tem ad videnduz monstra fuit assuetus. Sicut
magister dicit in histo. super ca. Numeri. xxij.
Per bestia autē vapozē fumi pferentem q' na-
tura est liuidus designat inuidia. Et enī ppri-
um inuidi occultas detractiones dānationes
et diffamationes. quasi quendam liuidū fumū
emittere. vt claritatem fame bonoz denigra-
rent. hi similes sunt vulpibus qui naturalit' fe-
tent sicut bestie inhoneste. Et per opposituz si-
cut naturales dicunt. Taxus bestia honesta.
cum ergo taxus parit sibi caueam cuius labo-
res considerat vulpis volens taxum expelle-
re. fetidum fumū suum coram ingressu cauee re-
linquit. rediens taxus et fetorem fumi vulpis
abominans domū suam cōtemnit et vulpi di-
mittit. et sic vulpes acquirit sibi hospitium nō
laboriose s' potius cautelose. Isto mō nōnūqz

faciunt inuidi de viris bonis considerantes eos habere status vel officia dignitatum fm q in terra sua requirunt. inuident eis statim et quo modo possint eos talibus officiis spoliare recogitant. et vbi non recurrit vna via inquirunt aliam. Sciunt enim virtuosos tenaces esse de fama sua et pro conseruatione fame magnū statum dimittere. quem cum infamia aliorum obsequiis occupare optant. emittunt ergo fetentem fumum sue detractationis et susurrationis contra eos. et quos non valuerunt virtute repellere cum iniuriosa inuidia sibi cedere cogunt de illo fumo inuidie quo viri nobilissimi per inuidos obfuscantur. Exponi potest illud Apo. ix. Ascendit fumus putei sicut fumus fornacis ardentis magni et obscuratus est sol et aer. Per bestiam vero scintillas ab oculis emittentem designatur concupiscentia oculorum. Ignis enim creuit in infinitū ex appositione combustibilium. Sicut dicitur. ij. de anima. et Pro uerbio. xxx. Ignis nūq̄ dicit sufficit. Et Aris. primo politicorum dicit. q̄ concupiscentia creuit vsq̄ in infinitum. cupidi scintillas ab oculis emittunt. et quicquid viderint quantū satisfabereant concupiscunt. Scintille ignee sunt concupiscentie affectiones et desideria plura acquirendi. Hec concupiscentia figuratur per catum q̄ habet oculos igneos et scintillantes. Ceter grece idem est q̄ prouidet latine. et inde dicitur catus. eo q̄ videt de nocte sicut de die Nam ita venatur prudenter predam suam in tenebris sicut in luce. Isto modo moraliter prudentes huius seculi venantur de luce venantur de tenebris de curia clericali de curia laicali a dextris et a sinistris. iuste et iniuste. De tali quolibet verificatur illud Job. xxvij. Omne preciosum videt oculus eius. Et Ecclesiastici. x. Non faciat oculus visu nec auris auditu. Et Eccl̄s. iij. Laborare nō cessat et nō satiāt oculi eius diuitijs. Ecce quantā difformitatem inferunt peccata mortalia vt gulosos similes vris. superbos leonibus. iracundos abene aiali seuo. et accidiosos asino. luxuriosos draconibus. inuidos vulpibus. et auaros catas faciant. quare merito vitanda extant. Sed q̄ ista homo non cognoscit cum in anima sua excecatus a malicia sua existat. Ideo difformitatem peccati feditatem vtq̄ fleret. de qua q̄dem feditate dicit dominus Baruch. iij. Quid est israel q̄ in terra inimicorum es et coinquinata in terra aliena. Et Hieremie. ij. Maculata es coram me iniquitate. istam feditatem cognoscebat Dauid cum dixit. Iniquitatem meam ego cognosco. Ne flebat vt ablueret se dicēs. La uabo per singulas noctes lectum meum. i. sin-

gula peccata. lectum meum. id ē. singulas conscientias meas. Tertio si cognosceret iudicii equitatem vtq̄ fleret. hoc iudicium cognouit dauid qui ait ps. cxvij. Cognoui q̄ equitas iudicia tua. Sed que est illa equitas. Hec inquit ē que bona bonis et mala malis retribuit. Iuxta illud athanasij in symbolo. Qui bona egerunt ibunt in vitam eternam. qui vero mala in ignem eternū. Cognosce ergo miser homo iudicia misericordie dei salubrit̄ in mūdo. ne post ea cognoscas inutiliter in inferno. Quia dicit Bernardus. Cognoscetur dominus iudicia faciens qui nunc ignoratur misericordiam querens. Si peccator iudiciū equum cognosceret hic vtq̄ fleret ne in eternum occasione fletū haberet. dicitur enim Apo. xvij. Flebunt et plangent super illam. scilicet culpam reges terre. quia cum illa fornicati sunt et in delictis vixerunt cum videant fumum incendij eius longe stantes propter timorem dicentes. Ve ve ciuitas illa magna Babylon et ciuitas illa fortis. quoniam vna hora venit iudicium tuū. Babylon interpretatur confusio et significat peccatorem qui est ciuitas confusionis. quia confundetur coram deo et angelis eius et corā omnibus sanctis. et coram omnibus saluandis et tūc erit sibi ve p peccatū cordis. ve p peccato oris. et ve p peccato operis. Et si hoc hic peccatū cognosceres sine dubio fletes. Quarto si cognosceret mortis calamitatem merito flet. quia dicit Bernardus li. meditationū. q̄ cum magno motu magnisq̄ doloribus separatur anima. veniunt ergo angeli assumere illam vt eam perducant ante tribunal xp̄i metuendi et tunc illa memorans opera sua mala et pessima que die noctūq̄ fecerat vel gessit contremiscent. et querit illa fugere. induciasq̄ petere dicens. date mihi vel vnus hore spacium. Tūc quasi loquentia simul ei sua opera dicent. Tu nos egisti. tua nos opera sumus non te deserimus. Sed tecum erimus tecumq̄ pergem⁹ ad iudicium. Et dicit notanter Bernardus. q̄ angeli veniunt ad eaz assumere nō declarans an sint boni vel mali. Ideo dicendū q̄ si hō mortuus sit bonus tunc boni angeli lucis adueniant ad eius obitum perducetes animā eius ad iudicem xp̄m. Si vero est malus tunc mali angeli scilicet tenebrarum veniunt et pducunt animam eius ante iudicem districtissimum. de quo Bernardus loquitur vbi supra. Demones terribili et horribili aspectu eam terrebunt. et ingenti furore eam persequentur et comprehendunt eam terribiliter volentes eam retinere et possidere nisi sit qui eripiat. Tunc anima inueniens oculos os clausum aliosq̄ corporis sen-

Dñica decima p^r trinita.

us per quos egredi solebat et delectari in his exterioribus reuertetur ad eum . et videns se solam et nudam ingenti horrore concussam deficiet in se et sub se cadet. Et quia amore mundi et carnis voluptate dei amorem dereliquerat. Ideo derelinquat a deo in misera hora tante infelicitatis atque de omnibus tradetur in inferno crucianda. hec Bernardus. Et hoc quo ad sensum spirituale ostendit dominus in presenti euangelio. et ponit principaliter tria. que facient demones anime misere in morte. Primum est ipsius circumdatio. Nam circumdant tam malos quam bonos in morte. quod autem bonos circumdant patet de christo qui est caput omnium electorum ad quem venit diabolus. ut ipse testatur Iohannis. xij. Venit princeps huius mundi et in me non habet quicquam. venit etiam ad sanctum Martinum qui ut venit ait ad ipsum Qui hic altas cruenta bestia nihil in me fuisse reperies. venerunt etiam ad beatum Eusebium. ut scribit Cirillus in epistola ad Augustinum. quod ante anime beate exitum beatus Eusebius tam terribiles actus cepit peragere quod circumstantes monachi perterriti velut amentes in terra iacebant. Nam quandoque transuersis oculis manibus simul iunctis facie terribili voceque dira quasi se mouens clamabat. non faciam nonque faciam mentiris mentiris. post hoc in terram rediens faciem firmabat in terram quantum poterat clamans. adiuuate me fratres ne peream. Quod monachi videntes lacrymantes et tremantes eum interrogauerunt Quid habes pater? Ad quos. non videtis de monum agmina qui me debellare cupiunt. et illi. quid te facturum volebant cum dicebas? non faciam. et ille. conantur namque ut diuini nominis blasphemus inueniar. ideo hoc me non facturum acclamabam. At illi. quare faciem patet abscondebas in terram? et ille. ne eorum aspectus cernerem qui tam turpis terribilis et horribilis est quod omnes pene que in mundo sunt respectu eius nihil sunt. Ideo dicit dominus Venient dies in te. id est. contra te et circumdabunt te inimici tui scilicet demones. et illi sunt dies mortis in quibus venient immittere suggestiones diabolicas ut homo nomen dei maledicat vel ut de dei misericordia desperet. aut de fide que est fundamentum bonorum operum dubitet. Ideo necesse foret ut mortis aliquos homines deuotos et fideles presentes haberet ut coram ipso quilibet symbolum diceret. Secundu est morientis coangustia. Iuxta illud euangelium. et coangustabunt te undique. ideo dicere potest tunc homo. ut scribit Isidorus in li. sino. Anima mea in angustiis est. spiritus me-

us estuat. cor meum fluctuat. angustia anime possidet me et affligit me. Circumdatus sum etenim malis. circumuentus erumnis. circumclusus aduersis. obsitus miserijs. opertus in felicitate. oppressus angustiis ubique fugero mala mea insequuntur. ubique me conuertino malorum umbra comitatur. velut umbra corporis. sic mala mea fugere non possum. Et ce quantum tunc homo peccator coangustatur qui nunc pro peccatis suis non lacrymatur ut dicere etiam posset illud quod dixit Susanna Dan. xiiij. Angustie sunt mihi undique et quid eligam ignoro. Notanter dicit. angustie sunt mihi undique. habet enim tunc peccator angustias a corporis dolore. ab uxoris et filiorum dimissione. diuitiarum amissione. mortis horrore. et penarum expectatione. et principaliter a peccatorum recordatione. quia demones omnia peccata sibi ad memoriam reuocant. ut ipsum in desperationem trahant aut inducant. Et hoc probat Cirillus ad Augustinum. in epistola de quodam viro qui fuit a morte per beatum Eusebium meritis beati Hieronymi suscitatus. ad quem venit predictus Cirillus cum de varijs interrogans inter cetera. Queso quid erga te pridie exeunte anima peractum est breuiter innotescere. ad quod ille veniente inquit hora mortis mee. tanta in loco quo migraturus iacebam nephandorum spirituum affuit multitudo ut pre multitudine omnino dinumerari non possent. quorum species talis erat quod ea nihil penosius vel horribilius poterit excogitari. potius enim quilibet hominum flammis ardentibus arsurus se exponeret quam eorum formarum ictu visione potiri qui ad me venientes omnia quecumque perpetravi contra deum ad meam memoriam reuocabant suadentes mihi ut amplius diuinam misericordiam quam tam grauer offendere modo aspernare. Et scias nisi quia diuina misericordia me adiuuisset eis resistere non valuissem. Et infra in eodem dixit sibi de egressione anime a corpore quod subito anima corpus relinquens tam graues et acerbe fuerunt angustie quod certe intellectu non caperet mens humana. nisi ut ego experientia didicisset. Si enim omnis humanorum intelligentia quassaret anime angustias et dolores estimaret in anime dissolutione a corpore comparatiue pro nihilo computaret. hec ille. Ideo bene dicit hic coangustabunt undique. Super quo dicit Gregorius. Maligni spiritus animam undique coangustant quando ei non solum operis. verum etiam locutionis et cogitationis iniquitates replicant. ut qui prius se per multa dilatauit sue delectauit in scelere. ad extremum de om-

nsus angustietur in tribulatione. Tercius est ad terram prostratio. tunc enim prosternitur homo peccator ad duplicem terram. Primo quo ad corpus prosternitur in terram illam elementarem. Quia dicitur de corporibus hominum. *Ecclesiastici. iij. De terra facta sunt et in terram pariter reuertentur.* Sed anime statim prosternuntur in terram. De qua *Job. x. Terra miserie et tenebrarum ubi umbrae mortis et nullus ordo. sed sempiternus horrore inhabitat.* Si ergo peccatores cognoscerent quod pene ibi dantur animabus infelicibus continue essent in fletibus. Sicut de hoc refert *Cirillus* ubi supra. d. illo resuscitato d. quo supra dictum est. qui quasi coactus in oportunitatibus ipsi *Cirillo* interroganti sic respondit. Si que pridie expertus sum non ignorares. sed scires tibi inesse semper fletus causa. *Cirillus* quod rarer ab eo ut diceret sibi que apud inferos vidisset paulisper tacens ait. Quales credis penas et tormenta non solum damnatis. sed etiam in purgatorio existentibus preparari. Cui *Cirillus*. ut enim puto nostris quibus affligimur penis equari non possunt. Ad quod ille. Si omnes que in mundo excogitari possunt. pene tormenta et afflictiones. minores que hic habetur pene comparetur omnes que hic videntur pene et tormenta solatia essent. Mallet enim quilibet viuientium si illas nosceret experientia penas usque ad finem mundi his simul sine remedio cruciari. penasque quas omnes homines ab *Adam* hucusque sigillatim ptulerunt aduri quod vno die in inferno aut purgatorio minores que hic habetur pena torqueri. Et ideo causam si interrogas. fletus timor penarum est quod peccatoribus iuste dantur. Scio ego me peccasse et ipsum iudicem iustum fore non dubito. qua de re ne mireris si deplango. cum potius si non plangerem vehementer admirari deberes. hec ille. Et si hec homo cognosceret utique pro peccatis suis fletet. quia ad tetram scilicet miserie et tenebrarum prosternent scilicet demones te et filios tuos. id est. opera tua que in te sunt. eo quod non cognoueris tempus visitationis tue.

*De eadem dominica.
Sermo tertius.*

Ingressus in templum cepit eicere vendentes et ementes. dicens illis. *Scriptum est Esa. lvi. Domus mea domus orationis*

vocabitur. *Luc. ubi supra. Isidorus libro ethiologiarum. et Ambrosius in exameron dicunt.* Irundo est avis pennosa mire agilitatis et velocissime volat et certa custodit tempora aduentus sui et recessus. nam eius aduentus indicium est veris. et testimonium instantis serenitatis estivalis. hec pugnat contra passerem nidum et domum culam suam ingredientem et moribus et vnguibus fugat eos de nido et de domo sua. Spiritualiter per irundinem intellige christum. per pennas vero virtutes morales. Iuxta illud ps. pennas columbe deargente. quasi diceret. habete in virtutibus vestris mansuetudinem simplicitatis et prudentie claritatem. Sicut ergo irundo est plena penis. Sic christus est plenus virtutibus ethicis. quia in ipso sunt omnes thesauri sapientie et scientie absconditi. *Ad Col. ij. In ipso est charitas. quod Johannis. xv. maiorem charitatem nemo habet ut animam suam ponat quis pro amicis suis. In ipso est misericordia. Luce. vi. Estote misericordes sicut pater vester misericors est. In ipso est humilitas et mitis. Matthei. xi. Discite a me. quia mitis sum et humilis corde. et sic de singulis virtutibus. Ipse etiam velocissimi cursus fuit ad nos redinendum. ps. xviii. Exultavit ut gigas ad currendum viam. voluit tamen in suo aduentu certum tempus expectare videlicet tempus gratie. quod significatur tempus veris. Et dicitur ab apostolo. tempus plenitudinis. ubi inquit. Venit plenitudo temporis in quo deus misit filium suum. quod exponit magister libro tertio. di. j. Tempus inquit plenitudinis dicitur tempus gratie. quod ab aduentu scilicet in carnem saluatoris exordium assumpsit. Item christus continue pugnavit cum passeribus que sunt aves garrule et instabiles callide et libidinosae. et significat phariseos superbos ceterosque iudeos qui fuerunt garruli contra christum eius doctrine contra dicentes. Item fuerunt instabiles in verbis. Quia qui prius christo testimonium dabant et in verbis gratie eius mirabantur. *Luce. iiii. Postea cum potatorem vini dicebant. Item fuerunt calidi in avaricia. quod patet ex illo quod propter avaritiam vendebant et emebant in templo. Ideo eiecit eos christus de domo sua dicens. Domus mea domus orationis etc. ut dicunt preassumpta verba. In quibus principaliter duo tanguntur. primo inuincibilis potestas christi et zelus correctionis ibi. ingressus in templum. secundo inextinguibilis ad templum feruoris et virtus dilectionis ibi. domus mea domus ora. Primo ergo tangitur inuincibilis potestas christi et zelus correctionis. cui**